

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VI. Quomodo aliqui omnia, alii nihil impetrent orando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

stridoribus cicadæ potius quam merulae, vel acanthidis, vel lusciniae suavissimo cantu delecteris. Quam dulcis est Musica tot avicularum, quæ primo vere filvas & viridaria hilarant? Nihil ad illas cicadæ. Quidquid sit, has illis divinæ aures præferunt. Nam ille cantatrices aviculae ad oblationem cantant, cum turbantur, cessant. At cicada rore pascitur, & æstivis mensibus totos dies stridet, canitque incredibili constantia: sic animi submissi homo, tametsi vilis & abiecius sit, diversis insuper exagitat, sorre tam suâ contentissimus est, & æquali constantia conditorem laudat. Alii tunc suaviter canunt orando, cum omnia ad nutum fluunt, cum annus fertilis, cum proventus copiosi, cum eventus fausti, cum veris ridet amoenitas; Tolle ista, jam vox sepulta; oratio vix illa, languent & tacent omnia. Idcirco Deus in humilium orationem respicit; cicada stridulum melos aliarum avium concentui præfert.

Strabo l. 6. Strabo memorat, Eunomium cithareedium Locrem, cum Arifone Musico Rhegino cantu & fidibus certasse. Cum vero Eunomius ob chordam subiunctam ruptam, de victoria perclitaretur, cicada felici casu super volitans in Eunomium cithara confedit, & fracta chorda vocem stridore suo supplevit. Hinc Locris in Italia Eunomii statua visitur, que cicadam cithare incidentem monstrat.

Aspice Christum crucifixum in sublime elatum, in eo attus & nervi omnes veluti chordæ ad concentum tensæ ac temperata: Hic audire licet se temporeplex melos suavissimum. Quisquis te miserum, infelicem & cicadæ instar abjectum credis, in hanc citharam subfulta: hic vocem tuam expedi, hic ora, hic canta: non spernēris ab hac citharâ. Et encicadâ aliam. Tarsensis Paulus, qui se minimum Apostolorum, nec dignum vocari Apostolum, qui se abortivum nominat, ita tam valens circa eam in cithara struttu confidens. Ego

Colos. 1. 24. NB Christi passio in se plenissima & sufficiet. is tamen velut cicada in cithara crucis confidens. Ego, inquit, adimpleo ea, que de sancti pascham Christi, in carne mea. En, obsecro, cicadae, que clavis de vicem obit, ne quid huius musica debeat. Oratio afflictorum Deo longe gratissima.

Princeps Hussaeus Job inter ruinas erectissimus pe-
core omni abacto, liberis ruinâ unicâ sepultis, bonis
omnibus ademis, adhuc tamen cantabat hilaris; + sit
nomen Domini benedictum. Haec oratio in calamitatibus,
hic cantus in adversis magis placuit. D E O, quam
decem milia prectionum in prosperis. Hujus cicada
vozem Chrysolitus his verbis dilaudat: * Vixerat
Job amisi, magis autem univera inventa. Cuncta enim leta
amittens, letitia & radicem non amisi, amisi lyra, sed arti-
fex remansit. Christus in cruce cibaræclus, ino & ipsa ciba-
ra, non ut ficta Orphiæ musica, ad se potuisse traxit non
amicos solùm, sed & inimicos; non solùm viros, sed & me-
tudos; traxit ripes, traxit foliem & omnium sacerdotum comitatu.
Quid extulimus? cibaram perdidisti, sed arti-
fex remansit. Orando perseverare. Oratio Christiana et
cœtraxit, oratio ilum corpore vestivit; illius in solitudine, cœ-
oratio, in morte pharmacum fuit. Oratio vobis & cibaran-
am suam, & ipsam etiam artificem restitut redire um. Ora-
tio in lucu suavissima & litorum est musica.

§. V.

Quocirca preclarissimum illud monitum. Ioannis Aylexpius in cuiuscardu. Plus valet unicum De gratia in adversis, quam sex milia in prosperis. Oratio patientia incredibilem vim conferat orationem. Hominis vere patientis deprecatione repulsa non pariter. Propter miseriarn ingrum, & gemitum pauperum, ministrorum eisdem, dicit Dominus. Quæ Chrysostomus explicans Timete, inquit, quicunque pauperes in ura afficitur. Habet potentiam, opes, pecuniam, & judicium benevolentiam. Se habent illi arma omnium validissima, laetus, & ejulatus.

AHæc arma domos effundunt, hæc fundamenta ever-
tunt, hæc integras gentes subinerunt. Bonum eorum
animum Deus reverteret, quando mala patientes, nul-
lum malum verbum proferunt; solum autem gemunt,
& sua mala deplorant.

Si quam laudem meruit unquam Samuel, certe
hoc uno facto meruit longè maximam; in afflictione
ad modum veri contentissime oravit. Nam à suo po-
pulo tam graviter offensus, ac de suo principatu tam
turpiter dejectus, nec pusillanimis succubuit, nec ira-
tus excanduit, nec elatus infrenuit, sed prudens & pa-
tiens totum se contulit ad orandum. Samuel enim ro-
tam nostram orando extraxisse creditur Iosephus. Sic Ioseph. l. 8.
olim Moses à jurgante ac murmurante populo gravif-
sime provocatus, clamavit ad Dominum, dicens:
Quid faciam populo hoc? Adhuc paululum & fugiabit me. Exod. c. 17.
Sic Ezechias regum optimus a rege Assyriorum lite- 4.

B Sic Ezechias regum optimus a rege Anyborum intercep-
ris iniquissime laceratus. Ascendit in dominum Domini, &
expedit eis coram domino, & oravit in conspectu ejus. sic
& David, vei sub eius effigie Christus dominus: Ad-
versum me loquutus est, inquit, qui sedebant in portâ, & in
me pâleban, qui bibebant vinum; ego vero orationem meam
ad te, domine. sic & sara tobias uxor ab ancâla con-
viciis acerrimis lacerata, perrexit in superius cubiculum
domus sue: & tribus diebus, & tribus noctibus non manduca-
vit, neque bibit, sed in oratione persistens cum lacrymis depre-
cabantur deum. o musicam superis iucundum! ora-
tio in adversis & in luctu suave organum celo, dul-
cis deo concentus.

CAPVT VI.

*Quomodo aliqui omnia, alii nihil impetrant
orando.*

Vir religiosus è divi Dominici familiâ Ioannes Taulerus, cui miram commemorat; Dux, inquit, virginis iisdem aëibus habitabat. Altera rerum difficultatum ac sublimium non ignara, sermonem de iis misere noverat, quæ auditorem in admirationem rapserent. Altera horum negligens, laudabilis simplicitate in Deum immersa, hoc unum sibi sumpsit studi. Deo divinaque voluntati in rebus plene omnibus temtam quam perfectissimè confignare ac tradere. Hoc solidissimæ devotionis studio ut affectuosa esset, Deumque adeo habuit exortabilem, ut quidquid fere penisset, impetraret. Hinc plurimi se suaque negotia illis exinde commendarunt, precibus ad optatum finem deducenda. Recepit illa in suam fidem, quod sibi commisum fuerat, & vero etiam postulatae preces fundere destinavit, sed quod humanae memorie pronum, id excepti subinde oblita est. Interim negotia aliorum ex animi sententia fluebant. Eapropter reversi, plurimi uberrimas egerunt gratias, ob reū suarum prosperos successus; abunde sibi satista etum restauit. Illa tacite in ruborem vera mirabatur, quid se nec orante quidem meminisset. Ab his ad aliquidendum Deum digressa: Mi amatissime Deus. Inquirebat, quid hoc fieri dicam? Ego segniter obliuiosa, illas gratiarum actiones nequaquam merui, quia promissis non steri, neque negotiis mihi commendatis preces impendi. Cui Deus: Tua mihi yeuntas loquebatur; Ista Psalmi responsum nō fui. Evidenter panperum exaudivit Dominus, præparationem cordis eorū audivit auris tua. Cū tu proponeretis rogare, decteui ego facere, quia tuam voluntate meā cōmisi.

Vide et obsecro, quam celere Deo sunt aures, ut non solum clamorem lacrymas, orationem ipsam, sed etiam orationis preparationem, & veniam primos ac tenuissimos animi futuros exaudiat. Quod Isaia aperulimus testatur. Ecce uerbi antequam clamem, ex-
-Isai. c. 65.
-audiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. Adde vero 24.
propensus est Deus aures proprias præbere.

Interim innumeræ in celum jacimus querelas, nos toties & tamdiu tamenque ardenter vociferari ad Deum, & non audiiri. Quid sed hæc respondi est? Hic ille Icopulus est, ad quem orbis pene totus colliditur: ad hunc scopulum impegerunt viri etiam sanctissimi. Sic nos ratiocinamur: Evangelia promissi ingentibus abundant, si vel duo solùm conjuncti viribus rogent, imperaturos quidquid rogaverint: hoc neminem repudiari, modò querant, modò pulsent ac petant, inventuros & accepturos quidquid petierint. Nos interim dies & annos precationibus implenus, quotidiani clamoribus fatigamus celum, superos omnes in causæ patrocinium vocamus; nemo audit, nemo aperit, nemo votis annuit. En scopulum vel astris minantem, en montem vel Caucaso magis horrificum. Sed hanc ipsam, Deo favente, tandem dabilem rupem in mare jam præcipitabimus. Stabit Domini promissum: *Si monte huc dixeris; Tollere, et jacta te in mare, fieri.*

*Matt. 6. 12.
v. 21.*

Hoc igitur loco duo sunt execienda: Primum est, integras sanctosque homines, quidquid petunt, impretrare. Alterum, exponenda causæ, cur aliquorum preces aut non sint, aut certè non videantur esse ratæ.

§. I.

Cur amici **P**rimum est; Amici Dei, quidquid rogant, impretrant. In promptu causæ est. Nam & ipsi, quidquid Deus imperat, exequuntur. Vna ipsorum & Dei voluntas est. Hinc quidquid illi voluerint rogare, hoc Deus ab æterno voluit concordare. Promittit olim *Dent. c. 30.
v. 9. & 10.* Moyses: *Abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manum tuarum, &c.* in iubata terra tua, & in rerum omnium largitate. Revertetur enim Dominus, ut gaudeat sacerdos in omnibus bonis: si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris precepta ejus. Vis, ut Deus omnia tuo arbitriatu faciat? tu prius fac omnia secundum Dei arbitrium? Vis, ut Deus veniat ad te? tu modo prodi obviandum, ille mox in via erit. Vis, ut perent tibi nihil neget, nec tu nega illi quidquam. *Delectare in Domino,* & dabit tibi petitiones corda tua.

B. Domini- **N**icetus vir alioquin oris modestissimi, auditus tamen est dicere, se nihil unquam a Deo est petitus, quod non ipse petrasset. Excepit has voces sacerdotum aliquis, & continuo subiungens: *Mihi pater, inquit, pete, obsecro;* ut ille celeberrimus Doctorum Conradus, in tuam adscribi velit familiam. *Cu* Domini: Difficile hoc curdem est, inquit, si autem id petam, futurum confido, ut in petrem. Proximam noctem totam orando duxit. Sequenti mane Doctor Cobradus ad cenobium venit, & à Dominicō in religionem familiam admitti petet. Amici Dei, quidquid rogant, impretrant. Abundare facit illos Dominus in rerum omnium largitate.

Guil. in vi- **B**ernardus ille mellis fluvius, complures genere, divisus, etudione præstantes juvengit ac viros in suam familiam precibus & virtutum exemplis traxit. Inter ceteros fuit Gaufridus de Pérona Flander, qui postmodum in Claravalle Antisostio officio functus est. Videbatur vir isti omnia alia malle, quam monachum induere. Sed eas homini faces conscientia subdidit, ut tandem in sacrum Bergardi comitum militum adscriptus sit. Cumque jam iter faceret cum viro lanceo, tentatione gravissima exagitari coepit. Multa recursabant animo, facultates, an. i. voluptes, & omnia mundi gaudia iam deserta, & habebant infixi peccatore virtus verbaque charorum olim hominum. Hinc luculentia mœstria signa in Gaufridi fronte legebantur. Bernardus locus crisiore oculo virum intuitus. Quid est, inquit, Domine Gaufride, quod vultum his tristis habebitis obducere; quia cogitationum mole mergens? Nec amplius emergam, sat & io, inquit Gaufridus, extincta est in me omnis lætitia. Hoc qui

Audiuit ad Bernardum anxie retulit. At vir sanctus id suaviter dissimulans, cum ad templum viæ proximum pervenissent, ingressus est ad preces funtendas. Socii foris præstolabastur; inter hos Gaufridus tedi plenus in faxo residens obdormivit. Vbi Bernardus orationem, Gaufridus etiam somnum finit. Sed jam longè alius, tanq; hilarior ceteris omnibus, quantò ante tristior. Mirati socii tan subitam vultus animique mutationem, humaniter eam exprobare ceperunt. His ille: Dixi, ait, non nego unquam amplius futurum me læsum, Nunc vero & canto; nunquam amplius tristis ero. Hoc Bernardi preces potuerunt. Sed idem ille Gaufridus primo iuvenia tempore, ob parentem suum hominem opulentum sollicitus Bernardum adiit, & summè rogavit, patri suo emendationem vitam precibus obtinere nō gravaretur. Cui Bernardus. Ne male metuas, inquit, ego illum probatum monachum in hac Claravalle meis manibus sepeliam. Vtrumque fuisse verisimum, eventus docuit.

Ita nimis suos amicos abundare facit Dominus in retum omnium largitate. Ipsius promissum est: *Quodcumque volveritis, petetis, & fieri vobis.* Ita vir integerrimus Fraciscus de Paulâ, ob nauis penuriam rejeçtus à nauâ, pallium suum in undis explicuit, & in eo velut in mari mare Siculum unâ cum socio trajecit. Ita beata Scholastica cum fratrem suum Benedictum non aliter retinere posset, repentinis pluvias impetravit. Sic innuperi aliis volucris, quadrupedibus, feris, piscibus, fidibus & astris, rebus creatis aliis, & ipsi creatori, ad cuius arbitrium se totos fixerant, vim gratam precibus fecerunt. Ita orante Ioseph, & impetrante, sol cursum suum inhibuit, obediens *Domino vocis hominis.* *Ioseph. 6. 10.
v. 14.* Quidquid rogant amici Dei, impetrant. *Sancti ait, Au-*

gustinus, ad salutem per omnia exaudiatur. Abundare facit illos Dominus in retum omnium largitate; Quidquid petierint, fieri illis. **C** Hinc priscus ille Theologus & Ecclesiastes fidenter dicere audebat: Credite mihi, quisquis ita se Deo omni tempore (*voluntatis conformatio*) captiuum tradit, huic & Deum vicissim se captiuum tradere oportet. Tum vero hominem supra omnem modum, omnemque captiuitatem, in divinam quandam transfert libertatem; immo & in scipsum, ita ut homo ejusmodi, jam quoddammodo divinus potius quam naturalis homo sit, & quisquis cum tangit, etiam Deum tagat. Hic jam cuncta sanantur vulnera, debita omnia relaxatur. Hic amoris ludus omni superat intellectum. Hoc autem satius est experiri, quam intelligere. Qui ejusmodi sunt in perpetua stant resignatione voluntatis sua, & cum omnibus eorum, quæ Dominus vult relinquac resignari, & seipso in omnibus diligenter inesse obseruant. His manus Deus præcessit est omni tempore, nec unquam illius preterea frustrantur, quando uipsum intendunt & inquirent, omni propriâ quæstione calcant. Ajo igitur, quod eorum, qui se Deo resignarunt, instituta & sensus, plus sine verbis orant, quam alii extra hos in suis precibus ubertim lacrymantur. Amici Dei, quidquid rogant, impetrant.

§. II.

Sed dixeris: Sunt plurimi, qui se Dei amicos esse judicent, vis quidquam tamen eorum, que petunt, impetrant. Responso tripli rem omnem explicabo. Primum: Qui male rogat, quid mirum est, si nihil impetrat: Hanc causam Iacobus Apostolus assignans: Petrus, inquit, & non accipitis, eo quod male petatis. Filii Iesu, Zebedæi, confessum in regno Christi petierunt; non impetrarunt: Ignem de caelo in Samaritanos præcipitari voluerunt; nec istud obtinuerunt. Non simplici modo male petimus. Nam aut bona sed male, aut certe in se mala, aut ipsi male petimus. Singulis

gulis lucem adfero: Qui facultates suas augeri postulat, sed ideo ut ipse luxum augeat, rem, non malam, sed malo fine postulat. Qui inimico interitum, qui hosti taurorum apparetur, rem malam & non petendam perit. Deoque injuriam facit. Frequenter non malum quid petimus, sed ipsi petidores mali, & gratia divinâ vacui sumus. Non raro rem licitam, sed nullâ aut vaillante fiduciâ rogamus. Subiode bonum quid, & finie bono possumus, quod tamen impetrare non expedite, ne bonum maius impeditatur.

*Aug. 10. 8.
in psalm.
144. mibi
145. 87.*

Disertissimus hic Augustinus, ad orationis perseverantiam accedens, & providentissima Dei largitatem exponens: Quando, inquit, non dat, ideo non dat, ne oblitus quod det. Neque enim ali quid injustum petebat Apollonus, quando rogabat ut auferretur ab eo simulus carnis. Angelus satane, & tamen regavit, & non accepit, quia tempus adhuc erat exercende inspernitatio. Petiti Iob tentandum diabolus, & accepit. Attende fratres mei, magnum mysterium discernendum, repetendum, tenendum animo, nunquam obliviscendum propter abundantiam in seculo. Quid dicam? Revera comparandus Apostolus diabolo? Apostolus rogat, & non accepit, diabolus petit, & accepit. Sed non accepit Apostolus propter perfectio-
ne suam; accepit diabolus ad damnationem suam. De-
nique ipse Iob accepit sanitatem in opportunitate; dilatus est enim, ut probaretur, & diu sedet in pulvere, & rogarat Deum, ut auferretur ab eo ista, & Deus non anserebat. Citius diabolus exaudivit ad eum tentandum, quam ipsum Iob ad sanan-
dum. Ideo concepimus est iste tentandus, ut eo probato esse ille crucianus. Disce ergo non murmurare adversus Deum: & quando non exaudiuntur, ne despitat in vobis, quod scriptum est. Per singulos dies benedic te. Quae ista dico fratres? Ne quis, quando foris non fuerit exaudiens aliquid iustum potens a Deo, non ministratur animo, non deficiat, expectent oculi ejus ad es-
cam, quam ille dat in opportunitate. Quando non dat, id est non dat, ne oblitus, quod dat. Qui vero iustum aliquid petit, in pa-
cam suam exauditur.

Hæc à se dicta luculentius confirmans Augustinus: Si vere Deus invocasti, ait, certe esto, quia id forte, quod volebas temporaliter, ideo non dedit, quia non tibi proderat. Edificetur in hoc cor vestrum, fratres, cor christianum, cor si-
de: in iniciatis tristes facti, veluti fraudati desiderii ve-
stris, ire in indignationem contra Deum. Non expedit adversus simulum calcitrare. Recurrite ad scripturas. Exaudiens diabolus, & non exaudiens Apostolus. Exaudiens eum, quem dispe-
nebat dannare, & non exaudiens eum, quem volebat sanare. Nam ager petit multa à Medico, non dat Medicus: non exau-
dit ad voluntatem, ut exaudiatur ad sanitatem. Ergo Medicum
tum pone Deum, pete ab illo salutem, & salus tua ipse erit. Vix, ut se tibi? Quod si quid vix habere, non vult ipsi in-
habere, ut se tibi det. Impedimenta removet, ut intret ad te. Deus est voluntatis noster non dat; salutem dat. Tu cum patientia salutem expecta. Quil us te medicamentis cigeret, ille novit; quil us sectionem uel, quil us infusione uel, ille novit. Te sibi cegrit, deinde comparasti peccando, ille venit non solum fortere, sed & scare & ure.

Subinde queritur agrotus impositum cataplasma nimium ure, & chirurgum rogat, ut amoveat. Sed petit, quod profuturum non sit, ideo non auditur, & ideo etiam chirurgus sui munieris gravarus: Scio, inquit, quando am overendum sit cataplasma; tu mihi hanc curam relinquere; si jam tollerem, nocerem. Tu vis auferri medicamentum, quo uteris, ego novi inspernitatem, quâ gravaris. Ita nos saepissime. Quid oramus, sicut oportet, nefamus. Non autem, inquit Augustinus, petitur in nomine Salvatoris, quidquid petitur contra rationem salutis. Ideo Deus subinde, quod petitur, concedit, sed iurat. Ita populus Israëlis manna suavissimum panem nauseans, carnes flatigavit: concessit Deus, sed iurat. Nam adhuc est illorum erant in ore ipsorum. & ira Dei ascendit super eos. Idem populus pro ritu aiarum gentium regem petiit: & hunc Deus concessit, sed et-

A iam iratus. Sic petit aliquis amplas facultates, & im-
petrat, sed suo malo: petit sanitatem, & accipit, sed ei utilius foret, ægrotare querit dignitates, & inventis, sed ei magis conduceret in imo jacere. Multa Deus concedit iratus, quæ negat propitiis. Et, qui mutuam à vicino equum petat, negat ille hunc clementer, quem concederet crudeliter, cum sciat, quâ furiosus & sternax sit equus.

Quod Hippomensis præfus uberrime asseverans: *Aug. 10. 9.
Multi dati sunt, inquit, in manus suas malo suo: de quibus tradit. 6. in
dicit Apostolus: Tradidit eos Deus in desideria cordis ep. 1 c. 3.
corum. Petit aliquis magnam pecuniam: accipit malo suo.
Quando illam non habebat, parum timebat: habere illam
capit, preda factus est potenter. Discite rogare Deum ut
Medico committatis, quod ipse novit faciat. Tu morbum confi-
tearis, ille medicamen tuum adhibeat. Tu tantum charitatem
tene. Nam ille secare vult, urere vult: tu si clamas, & non
exauditis in sezione, iustione, & tribulatione, propterea ille, quous-
que putre est. Tu jam vis revocare manus, & ille vulneris
finis attendit; seit, quoque perveniat: non te exaudit ad
voluntatem, sed exaudiens ad sanitatem, quia contradicit voluntati. Non sit, quod vix, sed sit, quod tibi expectat.*

S. III.
A Lterum ad objecta responsum est: Negat Deus. *2. Resp.*
minora, ut majora concedat: cunctatur annue- Deus cun-
re, ut orantis constantiam exerceat, ut fiduciam au- catur da-
geat. Non exaudit Deus, ut impensis & saepius peta- re ut fidu-
ciâ augeat. Amat Deus importunitatem oratoris: vult cre-
& consta-
bius rogari, ut tanto gratius sit concedentis donum. tiam.
Est, qui corporis sanitatem petat; non abnuit Deus,
sed quia gratiam hanc protrahit, preces alter merito
extendit. Vide, quâ lento molimine, suos arbor
fructus porrigit. *1.* Scrutis arbor & plantatur. *2.* Ra-
dices mittit in terram. *3.* Paullatum teneram stir-
pem generat. *4.* Frondbus & foliis velut capillis
regitur. *5.* Diffundit ramos & brachia. *6.* Vernat &
in florem sese induit. *7.* Producit fructus sole ac
pluvia excoquendo. *8.* Hi sensim maturitatem af-
sequuntur & dulcescent. *9.* Iam maturati decerpuntur &
ingeruntur ori. *10.* Decerpti mensis inferuntur &
ad stomachum transmittuntur & digeruntur. *11.* E chylo dige-
sto succus demum elicetur vitalis. En, quot moræ sunt,
dum enascatur fructus, & corpori accedit. Ita Deus &
ligno vita fructum porrigit, sed aliquando cunctanter
& cum morâ.

Nonnumquam non exaudit, ut aut melius quid ac-
cipiantur, aut promeritum augeamus. Quod Augustinus ait, hoc brevi monito: Bonus autem Dominus,
qui non tribuit sœpe, quod volumus, ut, quod malle-
mus, tribuat. Exempli gratiâ. Petenti viatum libera-
lem ac copiosum, negat, sed modicum ac parvum, sed
similiter valetudinem dat; alteri divitias poscenti, eas
quidem negat. Sed pro divitias eruditiorum imperti-
t, alius annis compluribus rogat, quod sibi necessaria-
rium judicat, & non auditus, post multos demum annos exaudiens. Est, qui profusissimis precibus reli-
gionis augmentum petat, hoc quidem non obtinet, sed
suum ipse promeritum auget. Cujus rei locuples te-
stis Gregorius: Ed magis, inquit, sancti exaudiuntur ad *Greg. 1. 14.*
meritum, quâ minus exaudiuntur ad volumen. *Mot. 1. 25.*

Sæpissime Deus non ausert, quod rogatur, sed dif-
fert; obsecrationem aliquanto tempore repudiatur, ut
demum tandem fiat jucundius, quantò dilatum est de-
tius. Quod Augustinus observans: Cäm, inquit, ali-
quando tardius dat, commendat dona sua, non negat. Dic
desiderata dulcium obtinentur, citius data vilescent. Ergo que-
re pulsata, pete, obsecra & insta. Una dies dabit, quod mille
negarunt.

Sed tertium responsum objectis damus: Semper. *3. Resp.*
exaudiimur, modò vera sit seriâque oratio. Hoc nihil seria ope-
dubi-
uo.

Matth. c. 7. dubitationis habet, in manibus tenetur: *Omnis, qui petit,*
v. 8. accepit. Si nō illud, quod petit, certe aliud quod ei magis proderit. Clarissime Augustinus: *Et quando, inquit, non vobis datur, quod petitis, exaudimini, sed nescitis. Sit in vobis charitas, & securi esote.* Hinc duplice nomine obstringimus Deo: quod non det noxia, & quod det perutilia. Verissimum est vetus verbum: *Frustrari noxiis exaudiri est.*

Beata Gertrudis iusta est, eligere quidquid vellet. At illa verecundè clausit oculos, dixitque: *Ego prouidentiae divinae longè tuiusmodo, quam meo iudicio: Deus eligit, velit, iubeat; divinis nutibus non integerim solum, sed & securissime totam me tradit: si vos Deus antequam clament, exaudit; & nemo unquam clamavit frustra.*

Sic sentimus omnes, nec ullus in qua preces esse irritas credamus: Genitus vel unicus ad Deum emissus, est cœlo non sed sit vacuus. Habet suas & pium spirum alas, quibus se cœlo insinuat, & nonquam sine certo comodo. Inter superiores annos unus alterius continuus verè pluvialis plane lacrymosus fuit. Querela grandes ubivis obvia. Non nemo in has voces erupit: Ergo nollus ex amicis Dei est, qui serenitatem cœlo impetrat: Erant utique, qui hoc impetrare potuerint, si cum Dei voluntate pugnare voluerint. Viderunt Deum non velle, ut acris serenitas impetraretur, ergo nec ipsi hoc voluerunt, qui divinam voluntatem agnoscunt pro suâ; hinc nō possunt cū illâ non concordare.

Hoc certum sit, orationem seriam semper admitti, semper exaudiri, nec unquam à Deo dimitti vacuam. Quod expressissime Bernardus adstruens: *Quae fidei, inquit, & humili, & servens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit: unde certum est, quod vacua redire non poterit.* Nam quod idem affirmat, unum è duobus indubitanter sperare debemus, quoniam aut dabit nobis, quod perimus, aut quod nobis ueritatis utilius. Noli ergo vilipendere orationem tuam, quoniam ille, ad quem oras, non vilipendit eam: sed antequam egredietur de ore tuo, ipse scribi eam jubet in libro suo.

Sed objicias: Quomodo exaudiatur, cūm non accipiāt, quod precor? Ne trepida, mi homo, aliud accipere. Exaudiatur est David, sed non accepit, quod petiit. Templi structurâ, & Bethsabeæ filio vitam rogauit; neutrum accepit, in utroque exaudiatur est. Nam templum non ipse, sed Salomon adificavit, & infans vivere desit. Ita Paulus, ita in cruce Christus exaudiatur est, non tamen à Paulo stimulus carnis, nec à Christo amarissimum calix mortis ablatus est. En neuter accepit, tamen exaudiatur est uterque.

Sed istud nos homines nostri cerebri subinde diffulcer capimus, & ad nostros affectus omnia metimus. Est, qui pecuniam petat, ut frumentum emat. Frumentum ei datur, negatur pecunia. At ille male querulus vanissime lamentatur se petuisse pecuniam, & non impetrâisse. Stolidissime mortalium, quid quereris? Pecuniam, ais, non impetravi. Esto. Sed amen illud impetrasti, cuius causa pecuniam petisti. Ne igitur tuas preces repudiatis dixeris; aliud pro alio accepisti.

Ita semper exaudiatur, quotiescumque serio precaramur. Quod Siracides confirmans: *Qui, ait, invocavit eum, & desposuit illum? Quapropter Augustinus his omnino verbis hortatur: Non deficias in oratione; Deus quo concessurus est, si disert, non auferit. Nemo gratis orat. Omnis oratio modò seria sit, semper fructuosa erit.*

CAPUT VII.

Quid mentis oratio, seu meditatio sit, & quam ea utilis ac necessaria.

*I*n terrogatus est olim Ioannes Gerson Parisiensis libellorum magister, quis status homini ait vera san-

*A*et monia leges vivere volenti sit eligendum? Num pector, num cantor, num statuarius & factor, num potius astronomus fiat? Tecta quæstio & verbis involuta. Apertior erit, si eam hæc modo ponamus: Quid ei, qui vitam spiritualem amat, conducibilis est, an ut pector sit, & oculos occupet legendio, an ut cantor sit, & lingua exerceat orando, an vero statuarius ac factor sit, & manus fatiget laborando, an vero sit astronomus, & mente excolat meditando, & cœlestia considerando? Quid igitur ad vitam pœ religiosæque instituendam accommodatus & compendiosius, num actio, num lectio, num oratio; & quoniam ea duplex, num exterior & vocalis, an interior & mentalis, seu meditationis? Ad quæstionem positam ex mente doctissimi Gersonis respondemus, ad vitam ex virtute insti-
tuendam nil magis conducere, quam attentam medi-
tationem. Non vanè dixit Augustinus: *Intellectus co-
gitabundus est principium omnia boni: Meditatio, siquidem
Bernardus teste docet, quid desit, oratio ne desit, obinet; illa
*viam ostendit, ista deducit; meditatione denique cognoscimus isti, A
imminentia nobis pericula, oratione evadimus. De medita-
*tione ac methodo meditandi copiosè plurimi scrips-
re. Nos angusto hic circa conclusi duo dumtaxat do-
cet. Nobis expedientis ac utilis sit meditatio ad omnigenas virtutes facile comparandas; al-
*terum, quam ratione meditatio possit institui. De primo
loquemur hoc capite; de altero sequenti.****

S. I.

*I*n fundatum ponimus, quod beatissimus Paulus in exemplum fecerit: *Orabo spiritu, crabo & mente; psallam spiritu, psallam & mente.* Orationis interioris mentionem injiciens, sacra carmina sic exordit: *Reatu vir qui in lege Domini meditabitur.* Hujus pronuntiati-
*causam assignans: Et erit tanquam lignum, inquit, quod planum est secus decursus aquarum; quod fructum suum da-
bit in tempore suu; & folium ejus non defuet, & omnia qua-
cumque faciet, semper proficerabuntur. Libet hic querere.*

Quid est Meditatio? Est attenta divinorum cogi-
*tatio, seu mensis oratio, quæ variis voluntatis affectus
*miscent. Ad meditationem recte peragendam Memo-
*ria, Intellectus, & Voluntas suam operam necesse est
*conferant. Quod vel oculis subiectat modus forman-
*di ac pensendi panis. In pistoris domo, quod labor sit
*expeditus, hic ordo inter plures feruari solet. Primum pera-
*massam farinaceam jam subiectam vel in panem ob-
*longum, vel in rotundum, vel in spiram format: Alter
*massam jam formatam ad libram examinat: Tertius
*in furnum immittit, ubi animam farina accipit. Ita
*profrus quæ meditanda sunt, Memoria format, In-
*tellectus ponderat, Voluntas animat.************

Duo sunt meditandi genera. Primum est, quod alterum alterum docere vix potest. Gloriatur cœlestis sponsa, & ipsa sibi gratulatur: *Introduxit me rex in celum vi-
narium. Introductam se dicit; quod vini genus guta. Primum
*verit, non dicit Rex illi utique non vappam, non fu-
*giens vinum, non acetum propinavit, sed Creticum, v. 4,
*sed falernum, sed vinum mensa regia dignum. Huic
*liquori generosissimo regia manu propinato, pri-
*mium illud & arcuum meditandi genus conferimus,
*sed quale sit, dicere vix possumus. Gislate, & vi-
*dete. Hanc suavitatem rectius experientia quam lingua
*commendat. At vero alterum meditandi genus cuius-
*cumque statu hominibus expositum est. Frui potes,
*quisquis es, modò velis.***********

Nemo hæc dixerit: Ego litteras non didici: medi-
*tari meum non est. Imo vero est omnium, etiam sim-
*plicium. Hos Deus hinc neutiquam excludit: Cum sim-
*pliebus sermocinatio ejus. Rex David meditationis am-
*plissimus non sibi aquilæ, sed columbae alas expedit.****

Egidius